CENATVS, ut pransus, ut potus, ut lotus, id est confecta cena. Varro de Vita Populi Romani lib. III: 'ut eius convivium, qui triumpharet in Capitolio, videretur esse proprium, ut ipse potius domum redduceretur cenatus a convivio'.

CIRROS. Varro Cato vel de liberis educandis (21): 'itaque Ambraciae primum capillum puerilem demtum, item cirros, ad Apollinem ponere solent'.

CATELLOS. Varro Cato vel de liberis educandis (31): 'quare meliusculae consuetudinis puerilis illorum, qui suis catellis ministrant quod edint'.

## INCIPIT PER D LITTERAM.

DEXTIMA pro dextra. Varro *περὶ αἱρέσεων* (402): 'porro inde ab unoquoque compito ternae viae oriuntur, e quibus singulae extumae exitum ac τέλος habent proprium. a primo compito dextimam viam munit Epicurus'.

DESVEVI illum, pro desuefeci illum, id est consuetudinem ei abstuli. Titinius Gemina (45): ||

párasitos amóvi, lenonem aédibus abstérrui,
désuevi nequo ád cenam iret éxtra consiliúm meum.

DAPALIS cena est amplis dapibus plena. Titinius Varo (135):

toto fit ín foco
de lígnis indapális cena.

---

12—13 Cenatus—cena; 16—23 Cir.—pro dextra; 27—3 Des.—plena.

---

14 videtur *L* || 15 et ipse *Mu.* || 18 Apollinis *Gothofredus* || 20 m. curae co. *ed. princ.* || 21 edent: (*corr. $H^2$ mg.*) || 22 INC. *om.* $D^A$ || 24 compoto $L^1$ || 25 singulae $F^3 B^A$: sineulle *L* || extumae *om. codd. Prisc. 607* || ac τέλος *Prisc.*: ad caelos || 26 a *om. L* || 27 prodes uesicullum $L^1$ || 28 ei *om.* $C^A D^A$ || 1 *fort.* aed. his || 2 ne *om.* $C^A D^A$ || quo ad $B^A C^A D^A$ *ut vid.*: quod ad *L* (*cum Turic. Montepess. Oxon.*) || exiret *L*: iret $F^3$ *rell.* || 5 *fort.* culignis || mi dap. *Ribb., Me.*

95 M.

DEIVITANT pro divitis faciunt. Accius Astyanacte (169):

nihil crédo auguribus, qui aúris verbis deívitant
aliénas, suas ut aúro locupletént domos.

Turpilius Thrasyleone (198):

di me deívitant.

DESQVAMAT, squamis expoliat. Plautus Aulularia (398):

Dromó, desquama píscis; tu, Machaério,
gongrúm, murenam exdórsua, quantúm potes.

Lucilius Satyrarum lib. VII (12):

rador, subvellor, desquamor, pumicor, ornor,
expilor, † pingor.

DEARTVARE est quasi per artus concidere. Plautus Captivis (640):

tum ígitur ego derúncinatus, deártuatus súm miser.

idem in eadem (672):

deártuasti dílaceravisti átque opes
conféciati.

DEMOLIRI, deruere. Sallustius Historiarum lib. IV (63): 'pluteos rescindit ac munitiones demolitur locoque summo potitur'.

DIVIDOS, id est separatos. Accius Andromeda (117):

nósque ut seorsum dívidos leto ófferes.

DISPVLVERARE est dissolvere. Naevius Gymnastico (57):

sáxa, silvas, lápides, montes díssicis, dispúlveras.

---

6 Dev.—fac.; 11 Desq.—expol.; 17 Deart.—concidere; 22 Dem. der.; 24 Div.—sep.; 26 Disp. est diss.

---

6 viditis $L^1 C^A D^A$ ‖ 7 verris *L* ‖ 11 spoliat *Mu.* ‖ 12 drome $B^A$: adrome (*praec.* a) *L* ‖ 12 (tu)—13 *cf. 17. 29* ‖ 13 potest (-es) *codd. 17* ‖ 15 sador subbellor: *corr. Turneb.* ‖ 16 expilor et p. *Guietus*: expolior p. *Dousa pater* ‖ 18 deunciatus $F^3 B^A$: deuntus $L^1$ ‖ 20 delaceravisti deartuavistique opes, confecisti omnis res *codd. Pl.* ‖ 24 Devidos *L* ‖ 25 divides $F^3 L^1$ ‖ offeras *Scriverius*.

DIFFERITAS pro differentia. Lucretius lib. IV (636):
tantaque in his rebus distantia differitasque.

DEBIL, debilis. Ennius lib. IX (341):
debil homo. ||

DOMVTIONEM. Pacuvius Hermiona (173):
nam sólus Danais híc domutioném dedit.

Lucilius lib. XXVI (40):
dómutionis cúpidi imperium régis paene inmínuimus.

DISSIGNARE, cum nota et ignominia aliquid facere. Terentius Adelphis (86):

ílla quae ante fácta sunt
omítto: modo quid díssignavit?

DEBLATERARE, obloqui, confingere. Lucilius lib. XXX (106):
deblaterant; blennus bonu' rusticu' concinit una.

DELETILE, non quod deleatur, sed quod deleat. Varro Modio (305):
si dísplicebit tám tibi latúm mare,
† partis quantum spungeam deletilem.

DATATIM, id est invicem dando. Plautus Curculione (296):
túm isti, qui ludúnt datatim sérvi scurrarum ín via.

Afranius Omine (222):
datátim uxorem ut lúdas.

---

28 Diff. pro diff.; 30—2 Deb.—ded.; 5 Diss.—facere; 9 Debl. o. conf.; 11 Del.—deleat; 14 Dat.—dando.

---

**30. 31** Debil *Lips.*: Debilo (*pro* debil̊, *i. e. vocative?*) (Debibus, debilis *gl.*) || **1** (Domit. *P*) (Domutionem domoitionem $F^{3a}$*mg. cum ind. marg. in* $B^{A}$: Doemuotionem, domoicionem *gl.*) || **2** danaps || **7** antehac fac. *codd. Ter.* || **9** obliqui *L* || **10** plennus: *corr. Iun.* || **13** parabis *Iun.*: *fort.* chartis || sequantur (?) *Bue.* || **14—19** *fort. post 95. 21 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' pp. 42, 94*) || **15** s. sc. d.

Pomponius Adelphis (1):

. quód ille dicit, cúm datatim in lécto tecum lúsi.

Novius Exodio (23):

ín molis non lúdunt raptim píla datatim † morso.

DIVIDIA est taedium. Accius Armorum Iudicio (152):

huius mé dividia cógit plus quam est pár loqui.

Turpilius Epiclero (59):

. . sperabám consilia nóstra dividiaé tibi,
cum aétas accessét, non fore.

DVLCITAS, DVLCITVDO, pro dulcedo. Accius Tereo (640):

suavem línguae sonitum! o dúlcitas
conspírantum animae.

Caecilius Syracusiis (217):

tanta hínc invasit ín cor Davi dúlcitas.

Cicero de Oratore lib. III (99): 'quin etiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maxime voluptarius quique dulcitudine praeter ceteros sensus conmovetur'.

DISCORDITAS pro discordia. Pacuvius || Hermiona (178):

quántamque ex discórditate cládem inportem fámiliae.

DELETIO. Lucilius lib. XXIX (1):

delétionem nóstri ad unum exércitus.

DEPECVLASSERE ac DEARGENTASSERE et DECALAVTICARE.

---

22 Div. est t.; 27 Dulcitas—dulcedo; 1 Disc. pro disc.; 3—5 Del.—decal.

---

19 quid *Mu.* || lusitat *On.* || 21 datim $L^1$ || moris est *Bue.*: vorsa *Mu.* || 22—97. 2 *fort. post 95. 31 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' pp. 42, 94*) || 25 consilio $B^A$ || 28 o suavem *Iun.* || 29 conspiratum $B^A$: conspiritum *L* || 31 tanta $F^3$: tantam $LB^A$: tantan *Me.* || huic inv. in corda in d.: *corr. Me.* || 32 Cic. de deorum natura || 2 corditate *L* || 3 Deletius $D^A$ || 5 Depeculassere $H^3$: Depoculassere *rell.* || et Despeculassere *add. Quich.*

97 M.

Lucilius lib. XXVI (71):

dépeculassere áliqua sperans me ác deargentássere,
décallauticáre, eburno spéculo despeculássere.

DIFFLARE est flatu disturbare. Plautus (Mil. Glor. 17):

cuius tú legiones dífflavisti spíritu.

Lucilius lib. XXVI (73):

párs difflatur vénto, pars autem óbrigescit frígore.

DANVNT, dant. Pacuvius Iliona (206):

di me étsi perdunt, támen esse adiutam éxpetunt,
quom, príu' quam intereo, spátium ulciscendí danunt.

Plautus Pseudolo (767):

cui sérvitutem dí danunt lenóniam.

Naevius Belli Poenici lib. IV (42):

eam carnem victoribus danunt.

Caecilius Plocio (176):

patiére quod dant, quándo optata nón danunt.

DEAMARE, vehementius amare. Afranius Vopisco (356):

voluptátem capio máximam, cruciári tua te cúlpa.
qui dé me et de illa péssime, quam déamas, promerére?

DECOLLARE, ex collo deponere. Caecilius Notho Nicasioni (116):

habés, vide; tibi trádidi; in tuo cóllo est: decollés cave.

---

9 Diffl.—disturbare; 13 Dan. dant; 22 Deam.—amare; 25 Decoll.—deponere.

---

7 (depoculassere *H*[1] *G*) || 8 despec. *Schmidt.*: depeculassere || **13—15** *cf. 104. 4* (*s. v.* expetunt) || **14** petunt *codd. h. l.* || **15** quod *codd. h. l.*: cum *codd. 104* || **23** voluntatem: *corr. Σ* || **24** det et: *corr. Scal.*: *fort.* de me et || pessima: *corr. Palmerius* || promere *L* || **26** h. quidem ti. *Mu.*

DEGVLASSE est gulae dedisse. Afranius Brundisinis (17):

ímmo iamdudum óccubuisse, dégulasse opórtuit.

DELECTARE, inlicere, adtrahere. Ennius Thyeste (295):

set mé Apollo ipse deléctat, ductat Délphicus.

Quadrigarius Annalium lib. III (46): 'Fabius || de nocte coepit hostibus castra simulare obpugnare, eum hostem delectare, dum collega id caperet quod captabat'.

DELICA, explana, indica. Accius Achille (1):

qua re ália ex crimine ínimicorum effúgere possis, délica.

Caecilius Obolostate (127):

"immo véro haec ante sólitus sum". — "res délicat".

Titinius in Quinto (102):

quíd istuc est? aut *quíd* istic sibi vult sérmo? mater, délica.

DEVORARE, absumere, eripere. Accius Aeneadis (15):

pátrio exemplo et mé dicabo atque ánimam devôro hóstibus.

DIGNET, dignos putet. Pacuvius Iliona (212):

quis deós infernos, quíbu' caelestis, dígnet decorare hóstiis?

DEBILITER, debilitate. Pacuvius (355):

miserét me; lacrimis língua debilitér stupet.

---

27 Degul.—dedisse; 29 Del.—adtrahere; 4 Del.—ind.; 10 Dev.—erip.; 12 Dign.—put.; 14—16 Deb.—magis.

---

27 brumdisini (-und-) || 28 accubuisse *Madvig. Advers. II, 656* || 30 ipse] spe *Bue.*: ipsus *Both.* || dúctat dictis Dél. *On.*: átque ductat Dél. *Mu.* || 2 hostis c. *Guietus.* || 2—3 eum (*del.* hostem) *Quich.*: eo hostem (?) *Mu.*: eum arte *On.* || 4—9 *cf. 277. 28* || 5 aliae (*seq.* e) *codd. h. l.* || 7 haec sol ante solitum sum *L* || 8 in *Me.*: libro (lib) || 9 quid *om. codd. h. l.* || 10 Devoro (*del. gloss.* abs. erip.) *On.* (*post Quich.*), *recte, ni fallor* (*simile vitium in codd. 102. 1*) || 11 dicaro *On.*

DEMAGIS, valde magis. Lucilius lib. XVI (6):

rex Cotus ille duo hos ventos, Austrum atque Aquilonem,
novisse aiebat *se* solos demagis; istos
ex nimbo Austellos nec nosse nec esse putare.

DIV pro die: unde et interdiu dicitur. Titinius Fullonibus (27):

. néc noctu nec díu licet fullónibus quiéscant.

Plautus Mercatore (Cas. 823):

noctúque et diu ut viro súbdola sis.

idem in Aulularia (fr. IV):

nec nóctu nec diú quietus úmquam eram: nunc dórmiam.

DVBITATIM, dubitanter. Caelius Annalis lib. III (30): 'imperator conclamat de medio, velitatus a sinistro cornu removeantur, Gallis non dubitatim inmittantur'. — Sisenna Historiarum lib. IV (75): 'quod hostem non dubitatim cum pluteis ac scalis iter || facere cernebat'.

DISCEDERE, hiare, dividi, distendi. M. Tullius de Officiis lib. III (38): 'hinc ille Gyges inducitur a Platone. qui cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus'. — Sisenna Historiarum lib. IV (57): 'armati, dextera ducti, *magis* magisque in latitudinem discedunt'.

---

14—16 Deb.—magis; 20 Diu—dic.; 26—28 Dub.—inm.; 2 Disc.—distendi.

---

**16** magis (demagis) *del. Mu.* || **17** duos hos: *corr. Salmas.* || **18** novissime: *corr. Bentin.* || alebat *L* || se *add. ed. princ.* || **19** nec nosse nec esse $F^3 B^A$: nec nos seneces *L* || **22** Merc.] Casina *edd.*: Mercatore (862): non concedam neque quiescam usquam noctu neque diu, Casina *Bue.* (*Rhein. Mus. XV, 440*) || **24** idem *om.* $L^1$ || **25** eram $F^3$: eam $L B^A$ || **26** Annalium *Iun.* IIII $C^A D^A$ || **27** conclamant $C^A D^A$ || avelitatis $L B^A$: avelitati $C^A D^A$: *corr. On.*: ut velites *Ald.* || a sin. *Quich.* (*cf.* avelitatis): in sinistro $L B^A$: sin. $C^A D^A$ || 2 Disciscere $F^3$ ($F^2$?) || 2—3 (Plat.) *cf. 330. 7* || 4 discivisset $F^3$ ($F^2$?) || 6 magis *add. Guietus.*

DELEGARI veteres discedere posuerunt vel dispertiri. Plautus Amphitryone (67):

cuí favitores délegatos víderint.

DEPSERE a graeco magis significantiam vel originem trahit. Homerus Odyssia (XII, 48):

δεψήσας κηρὸν μελιηδέα.

Varro Mysteriis (331): 'sed tibi fortasse alius molit et depsit'.

DOLITVM, quod dolatum usu dicitur, quod est percaesum vel abrasum vel effossum. Varro Agathone (7):

numnám caelatus ín manu dextrá scyphus,
caeló dolitus, ártem ostentat Méntoris?

Cicero dolatum Academicorum lib. IV (II, 101): 'non enim est e saxo sculptus aut e robore dolatus'.

DENTHARPAGAS, quas Graeci ὀδοντάγρας vocant, latine voluit appellari Varro Quinquatribus (441):

hic bipénsiles
fórcipes, denthárpagae.

DESCOBINATIS, sauciis et abrasis et desectis. Varro Meleagris (296): 'sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est salvis cruribus in circo spectare quam iis descobinatis in silva curare!'

---

7 Del.—disp.; 10—16 Deps.—eff.; 21—29 Denth.—perf.

---

7 Delegare: *corr. Quich.* || dispertire: *corr. Quich.* || 9 sicui *Pl.* || delegatores || 11—12 *cf. 39. 10* || 12 κηρ. δεψ. *codd. 39* || 13 alius *om.* $L^1$ || 16—18 *cf. 436. 18* (*s. v.* caelare, insculpere) || 17 celatus *Mu.* || 19—20 Cic.—dolatus *secl. Mu.*: dolatum *secl. On.*: *sed vid. 'Non. Marc.' p. 99* || 20 sculptus aut ebore *codd. Cic.*: aut cultus e robore || 23—24 bipinsile (-pens-) forcipen: *corr. Iun.*: forc. bip. *Mu.* || 25 saucius $C^A$ $D^A$ || 27 exspectare: (*corr. F*) || 28 his || cursare *Vollbehr.*: currere *Iun.*

DESVBVLARE, perfodere. Varro Sesqueulixe (483): 'unam enim viam Zenona moenisse duce virtute: hanc esse nobilem; alteram Carneadem desubulasse, bona corporis secutum'. ‖

DORMITIO. Varro Sexagesi (485):

o stúlta nostri péctoris dormítio
vigilábilis!

et alio loco idem (588): 'quid mihi somno, si dormitio tollitur?'

DISSENTANEVM, discors et dissentiens, ut consentaneum contra. Nigidius (129): 'eum locum facit dissentaneum'.

DECIDVA quae decidant, ut occidua quae occidant. Laberius (131):

in aútumno ubi caput a folîs decídua folia pándit.

DVOETVICESIMO, ita ut duodecimo. Varro Humanarum Rerum lib. XVI: 'mortuus est anno duoetvicesimo; rex fuit annos XXI.' — Cato in IV Originum (84): 'deinde duoetvicesimo anno post dimissum bellum, quod quattuor et viginti annos fuit, Carthaginienses sextum de foedere decessere'.

---

21—29 Denth.—perf.; 1—7 Dorm.—occidant; 9 Du.—du.

---

29 Desuberare $C^A$ $D^A$ ‖ pertodere $L^1$ ‖ (Desubulare, pertundere *index marg. in* $B^A$ *et* [Desubl.] *gl.*) ‖ Desuberare, perfodere * * * Desubulare *On.* (*Journ. Phil. XVI, 174*) ‖ 30 unam veniam esse nonamovisse: *corr. Lips.* ‖ 31 bonam *L* ‖ 1—3 *cf. 158. 27* (*s. v.* puellos) ‖ 3 vigilabis *codd. h. l.* ‖ 4 idem $B^A$: id est *L* $C^A$ $D^A$ ‖ (somnos *Paris. 7666*) ‖ 7 decidant *Quich.*: cadant ‖ 8 sin *L* (*praec.* s) ‖ autumno *Both.*: altum non $F^3$ ($F^2$?) $B^A$: alium non *L* ‖ Laberius in * * * autumno *Mu.* ‖ caurus populis *Ribb.* ‖ 9—13 Duodevicesimo: duoetvic. (duodevic.) *codd. Gell. V, 4*: duovic. *Iun.*, *Neue* (*Formenl.*[3] *II, 319*) ‖ 13 decessere *codd. Gell.*: decernere.

DIVRNARE, honestum verbum pro diu vivere, ut aput veterem prudentem auctoritatis incognitae (Claud. Quadrig. 9 = Gell. XVII, II, 16): 'neque optumum quemquam inter nos sinunt diurnare'.

DVRITVDO pro duritia. Cato in Veturium (18, 8): 'qui illius', inquit, 'inpudentiam [qui] norat et duritudinem'.

DELICIAM numero singulari, quod aut rarum est aut singulare, Plautus (Poen. 365):

méa voluptas, méa delicia.

DIRITAS. M. Tullius de Senectute (65): 'in altero diritas'.

DERISISSIMVM. Varro Bimarco (51):

scéna quem seném latina vídit derisíssimum.

DIIS, diutinis ac iugibus. Varro Ὄνος λύρας (351):

quam móbilem divûm lyram sol hármoge
quadám gubernans mótibus diís veget. ||

DICTERIA. Varro Ὄνος λύρας (352):

neque órthopsalticum ádtulit psaltérium,
quibús sonant in Graécia dictéria.

DISPALARE est separare. Sisenna Historiarum lib. III (35): 'dispalati ab signis, digressi omnes ac dissipati'. — idem (134): 'tanto plures passim dispalantur'.

---

14—17 Diurn.—pro dur.; 19—20 Del.—aut sing.; 22—4 Dir.—separare.

---

**14** vivere *Gell. XVII, 2. 16*: videre || **16** int. nos sin. *codd. Gell.*: in suos solent || **18** impud. *codd. Gell. XVII, 2. 20*: inprudentiam (impr.) || qui *om. codd. Gell.* || **19** Delicia *Iun.* || **22** Duritas $L^1$ || *cf. 30. 20* || *fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 43*) || **23. 24** Dirissimum $C^A D^A$ || **25—27** *cf. 183. 7* (*s. v.* veget) || **26** quem *L* || lyras (*seq.* s) *codd. h. l.* || hermoge *codd. h. l.*: aroge *codd. 183*: *corr. Bentin.* || **27** viget *codd. h. l.* || **1** (Dicteria quasi dicta non seria $F^3$ *mg.*) || **2** quam mobilem (*cf. 100. 26*) neque || ortopsalticium: orthophallicum *Iun.* || adtuli *Bue.* || **4** Dispalari est separari *Quich.*

101 M.

DILORICARE dictum est scindere. Cicero de Oratore lib. II (124): 'qui in causa peroranda non dubitavit excitare reum consularem et eius diloricare tunicam et iudicibus cicatricem adversam senis imperatoris ostendere'.

DIVITIOR. Cicero de Oratore lib. III (185): 'inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambos'.

DETVRBARE, deicere, demovere. Sallustius lib. II (108): 'moenibus deturbat'. — Vergilius lib. V (175):

puppi deturbat ab alta;

et lib. VI (411):

inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
deturbat.

DIVIDAE, ut dissensiones. Accius Phoenissis (587):

ne horum dívidae et discórdiae
díssipent et distúrbent tantas ét tam opimas cívium
dívitias.

DEINTEGRARE, deminuere. DEIVGARE, deiungere, separare, dissociare. DENASCI, decrescere. Caecilius (254):

nómen verginís, nisi mirum est, deíntegravit.

Pacuvius Chryse (109):

perque nóstram egregiam unánimitatem, quám memoria
déiugat.

Cassius Hemina lib. II Annali (24): 'quae nata sunt, ea omnia denasci aiunt'.

---

7 Dilor.—scind.; 11—13 Div.—dem.; 19—24 Div.—dissoc.

---

7 Dilodicare $L^1$ || **10** adersam *L* || **11** IIII *L* $C^A$ $D^A$ || **16—18** *cf. 447. 28* || **19** Dividiae *ed. princ.* || **20** neorum $L^1$ $C^A$ $D^A$: ne eorum *Scal.* || et *del. Mu.* (dividae *adiectiv.*) || **21** d. d. (et *del.*) *Scal.* || etiam optimas: *corr. Lips.* || **26—27** *cf. 142. 26* (*s. v.* memoria pro vetustate) || **27** unian. *L.*

## INCIPIT PER E LITTERAM.

ELVRESCAT. Varro Prometheo Libero (425):
atque exsanguibus dolore elurescat colos. ||

EVALLARO dictum excludam et quasi extra vallum mittam. Titinius Prilia (76):

quia ego hodie extórrem
hanc dómo faciam pilátricem palli, évallavero púlchre.

Varro Epitaphionibus, περὶ τάφων (109):
donéc foras nos íntus evalláverunt.

EXCANTARE significat excludere. Plautus Bacchidibus (3 = fr. XX):
nam, crédo, cuivis éxcantare cór potes[t].

Lucilius Satyrarum lib. II (22):

qua ego nunc Aemilio praecanto atque
exigo et excanto.

Varro Eumenidibus (151): 'ubi vident se cantando ex ara excantare non posse, deripere incipiunt'.

EXTVNDERE est extorquere vel invenire. Afranius Epistula (110):
ítaque adeo extundo, éx officio; dátur mihi custódiendus.

---

30—2 INC.—mitt.; 7 Exc.—excl.; 14 Ext.—inv.

---

30 INC. *om.* $D^A$ || 31 Eiur *L*: Euir. $F^3 B^A$: Eiur. *vel* Euir. $C^A D^A$: *corr Havet.* (*Arch. Lat. Lex. I, 444*) (Evirescat pallescat $F^3$ *mg.*) || Lib.] lib. XV || 32 exsanguinibus $F^3 C^A D^A$ || eiur. *L* (*cum P Bamb. Oxon.*): evir. *rell.* || a. exs. | ex ártubus d. *Havet.* || 1 Evallare $B^A C^A D^A$: Evallere $L^1$: *corr. Me.*: Evallavero *Quich.* || 3 qua: *corr. Lips.*: quam *Both.* || 4 hac *Both.* || paliae vallavit o: palli (-ii) evallavero *Lips.*: pallae ev. *Bue., sed vid. Leo* (*Plaut. Forsch. p. 327*) || 5 επιταφιονιβους περι ταφιον: *corr Oehler.* || 8 nam tu quidem cuivis excantare cor facile potes *Serv. in Bucol. 8. 71* || 10 atque precando *Mu.* || 15 ex officio $F^3 B^A$: exficio *L* || exficio (ecf.), mandatur *Mu.*: et efficio detur *Quich.*

Vergilius Georgicon lib. I (133):

ut varias usus meditando extunderet artis
paulatim.

EXCVLPERE est extorquere. Plautus Cistellaria (541):

in quaéstione víx exculpsi ut díceret.

Lucilius Satyrarum lib. II (7):

nunc nomen iam, Quinte, ex testibus ipse rogando
exculpo, haec dicam.

idem VII (24):

esuriente leoni ex ore exculpere praedam.

E REGIONE positum est ex adverso. Cicero Academicorum lib. IV, (II, 123): 'nec ego non ita. vos etiam dicitis esse e regione nobis, in contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent ad nostra vestigia?'

EXORBEBO pro exsorbeam. Plautus Epidico (188):

iam ego mé convortam in irúdinem atque horum éxorbebo
sánguinem.

Turpilius Leucadia (111):

iam ego istám tibi
trístitiam exorbébo.

EGVRGITEM exauriam significat. Plautus || Epidico (582):

átque *argentum* egúrgitem domo prórsum?

---

19 Exc. est ext.; 26 E reg.—adv.; 30 Exsorb. p. exsorb.; 1 Egurg.—sign.

---

20 vix] ut *L* || 22 Quinte *Marx.* (*Zeitschr. oesterr. Gymn. XLIX, 1091*): que || 24 VII *Mu.*: uti || 25 esurienti || 28 e contr. *codd. Cic.* || 29 stent contra nostra *codd. Cic.*: stent ad contra: *corr. Me.* || 30 Exsorbero $C^A D^A$: Exibebo *ut vid.* $L^1$ || exsorbeboam $L^1$: exhauriam *Quich.*: exorbam (?) *Mu.* || Exugebo pro exorbebo *On.* || 30—31 *cf. 479. 19* || 31 urundine $F^3$ (?) $L^1$: irundines $B^A$ (hirudines $H^2$) || eorum *codd. 479* || exorbebo (-urb- $L^1$) *codd. h. l.*: exugebo *codd. 479* || 2 argentum *om.*

EXPAPILLATO brachio, quasi usque ad papillam renudato. Plautus Milite Glorioso (1180):

íd conexum in úmero laevo, éxpapillato bráchio.

EXOS dicitur sine osse. Lucretius lib. III (721):

exos et exsanguis tumidos perfluctuat artus.

EXTRARIVM, quasi alienum. Afranius Suspecta (324):

ut me ésse in hac re dúcat abs te extrárium.

ERRABVNDVS pro errans. Vergilius (Buc. VI, 57):

siqua forte ferant oculis sese obvia nostris
errabunda bovis vestigia.

EXCANDESCENTIA. Cicero Tusculanarum lib. IV (16): 'lubidini ira, excandescentia, odium, inimicitiae, discordia'. — idem in eodem (IV, 21): 'excandescentia autem est ira nascens et [sine] modo exsistens'.

EMVNGERE, sine labore tollere. Terentius Phormione (682):

émunxi argentó senem.

EFFVTIRE, cum mendacio dicere. Terentius Phormione (745):

vos fórte inprudentés . .
effútiretis.

Cicero Tusculanarum lib. V (88): 'nec haec sic agit ut ex tempore quasi effutire videatur'. — Lucretius (V, 910):

multa licet simili ratione effutiat ore.

---

3—4 Exp.—ren.; 6 Exos—osse; 8 Extr. q. al.; 10 Err. p. err.; 13—16 Exc.—toll.; 18 Eff.—dicere.

---

5 in numero ‖ et papillato *L* ‖ 10 properans *L* ‖ 10—12 *cf. 265. 18* ‖ 14 lub. *Cic.*: ludisne ‖ irae (*seq.* e) *L*[1] ‖ -tia *codd. Cic.* ‖ sit *Cic.* ‖ 15 sine *om. codd. Cic.* ‖ 16 Emulgere *L B*[A]: Emungere, emulgere *On.* ‖ 17 *cf. 36. 16* ‖ 18 commenticia *Mu.* ‖ 19 ne v. f. i. foris *Ter.* ‖ 22 ex] in *L*[1] ‖ 23 multa *F*[3]: mata *L B*[A] ‖ similis ‖ ratiore: (*corr. G*).

ELEVIT, maculavit. Lucilius lib. XXVI (61):

si hic vestímenta elevít luto,
áb eo risum mágnum inprudens ác cachinnum súbicit.

ELVVIEM, purgationem. Lucilius lib. XXVI (59):

út *si* eluviem fácere per ventrém velis. ||

EXPONERE pro exempla boni ostentare. Cicero Academicis lib. II (fr. 5): 'frangere avaritiam, scelera poenire, vitam suam exponere ad imitandum iuventuti'.

EXPETVNT pro volunt. Pacuvius Iliona (206):

di me étsi perdunt, támen esse adiutam éxpetunt,
quom príu' quam intereo spátium ulciscendí danunt.

EXPALPARE, elicere. Plautus Poenulo (357):

"quíd faciam?" — "exorá, blandire, expálpa."

Pomponius Collegio (32):

síquid expalpáre possim ab íllo.

Plautus Vidularia (fr. XVIII):

nunc sérvus argentum á patre expalpábitur.

EXPERGO pro expergefacio. Accius Antigona (140):

heús, vigilés, properáte, expérgite
péctora tárda sopóre, exsúrgite!

Santra Nuntiis Bacchiis (4):

extemplo éxcita evadít quie
genetríx et omnis vócis expergít sono.

---

24 El. mac.; 27 El. purg.; 1 Exp.—ost.; 4 Exp. p. vol.; 7 Exp. el.; 13 Exp. p. exp.

---

24 VI: *corr. Scal.* || 26 adeo *Mu.* || 27 Eleviem: Eloviem *Mu.* || 27—28 *cf. 38. 26* || 28 si *om. codd. h. l.* || eleviem *codd. h. l.* (*cf. v. 24*): eloviem *Mu.* || ventum *codd. h. l.* || 2 scelerato po. $F^3$ || ponire *ex* poni $L^1$: ponere *rell.* || 3 mitandum $L^1$ || 4—6 *cf. 97. 13* (*s. v.* danunt) || 6 cum *codd. h. l.*: quod *codd. 97* || 12 (serv.—exp.) *cf. 476. 23* || 16 bacchis: *corr. Gulielm.*: Bacchi *Ribb.* || 17 exemplo: (*corr.* $L^2$): ex templo *Ribb.* || excitev.: *corr. Pontanus* || quie *Mu.*: qua: pia *Gulielm.*

EXTRABVNT pro exibunt. Afranius Auctione (5):
simul límen intrabo, ílli extrabunt ílico.

EFFLICTIM, vehementer. Plautus Poenulo (96):
earum híc adulescens álteram efflictím perit.

Pomponius Dotata (42):
scío pol te illam amáre efflictim.

Laberius Belonistria (11):
domina nóstra privignúm suum
ámat efflictim.

EXPVLSIM, dictum a frequenti pulsu. Varro Serapi (Serrano 456): 'recte purgatum scito, quom videbis Romae in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere'. — Nigidius Conmentariorum lib. XX (11): 'cuiusmodi genus adverbiorum, a verbis motus quae veniunt, ut expulsim, cursim'.

ELVVIO, corruptus et morbiferi operis tractus. || M. Tullius de Officiis lib. II (16): 'qui collectis ceteris causis eluvionis, pestilentiae, vastitatis'.

EXHIBERI, inferri. M. Tullius de Officiis lib. III (112): 'quod cum audivisset adulescens filius negotium exhiberi patri'.

ECVLEOS diminutivum ab equis M. Tullius in Hortensio dici voluit (85): 'ut igitur domitores equorum non verbera solum adhibent ad domandum, sed cibum etiam saepe subtrahunt, *ut* fame debilitetur eculeorum nimis effrenata vis'. — Varro Eumenidibus (118):

---

19 Extr. p. ex.; 21 Effl. veh.; 28 Exp.—pulsu; 34 El.—tr.; 3 Exh. inf.; 6 Ec.—equis.

---

28—29 seraparecte (-tae): *corr. Iun.* || 29 reite te (*Ries.*) p. *Mu.* || quum *Iun.*: quam: quoniam *ed. princ.* || 30 ianienas: *corr. Turneb.* || 32 adverbiorum adverbii motu quae venit: *corr. Me., On.* || quod venit *Me.* || 34 morbiferis operis: *corr. On.*: morbifer (-ri *Quich.*) aeris *Guietus, Me.* || 1—2 *cf. 185. 1* || 9 ut *om.* || 9—12 *cf. 106. 2.*

105 M.

neque furentem éculeum Damácrinum
insánus equiso ex híbu' morbi flúctibus
edúcet umquam.

Pomponius Decuma Fullonis (40):

. ubi insilui in cúleatum éculeum, ibi tolútim tortor.

EMANCVPATVM, subnixum, deditum. M. Tullius de Senectute (38): 'ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si usque ad ultimum spiritum dominatur'.

EXIVRARE, ut d e i u r a r e, id est valde iurare, ut d e a m a r e. Plautus Amphitryone (fr. XI):

exiúravisti té mihi dixe pér iocum.

EXORNARE, ornare; ut e x t r u e r e, instruere. Plautus in Aulularia (784):

répudium rebús paratis, éxornatis núptiis?

Vergilius Aeneidos lib. IV (266):

pulcramque uxorius urbem
extruis.

Cicero Tusculanarum lib. II (33): 'modo est aliqua patientia; si nulla est, quid exornamur philosophia?'

EQVISO pro equite. Varro Trihodite Tripylio, περὶ ἀρετῆς κτήσεως (559):

---

15 Em.—ded.; 19—20 Exiur.—deam.; 22 Ex.—instruere; 29 Eq. pro equito.

---

10 damacrianum *codd. h. l.* || 11 exhibebis *codd. utrobique*: *corr. Roth.* || 12 educatum quam *codd. h. l.* || 13—14 *cf.* *4. 14* (*s. v.* tolutim); *182. 15* (*s. v.* tortor) || 14 et ubi *codd. 4*; *182* || insiluit *codd. h. l.* || culeratum *F³ B^A*: culenarum *L*: coleatum (cocleatum) *codd. 4*; *182* || cocul. *Bue.* || 15 submissum *Mu.*: obnoxium *Guietus* || 16 enim *codd. Cic.*: nimis: nimirum *Mu.* || 17 si menti *B^A* (*cum parte codd. Cic.*) || manc. *codd. Cic.* || 18 dom. in suos *F²* (*F¹?*) (*cum Cic.*) || 19—20 (et deam. *G*) || 22 orare *C^A D^A* || struere *Quich.* || 24—26 *secl. Mu.* || 27 si modo est *Cic.* || 29 p. equito *C^A D^A* || 29—32 *cf. 4. 11* (*s. v.* tolutim).

nam út ecus, qui ad vehéndum est natus, támen hic
traditúr magistro,
út equiso doceát tolutim.

idem Marcipore (276): 'quam nautici || equisones per viam quam ducerent loro'. — idem Eumenidibus (118):

neque furentem éculeum Damácrinum
insánus equiso ex híbu' morbi flúctibus
edúcet umquam.

EVNVCHARE. Varro Lege Maenia (235):

siqui pátriam
máiorem paréntem extingit, ín eo est culpa, quód facit
pró sua parte is quí se eunuchat aút aliqui † líberos
producit.

EQVILAM. Varro Lege Maenia (236): 'nemo est tam neglegens, quin summa diligentia eligat asinum, qui suam saliat equilam'.

ESVRIGO. Varro *Ταφ. Μεν.* (521): '«ubi lubet, ire licet accubitum (? = Plaut. Men. 368). accedo.» strenuo sussilimus, quod esurigo findebat costas'.

ERICIVM. Varro Sexagesi (490): 'se circumspexe atque invenisse *se,* cum dormire coepisset tam glaber quam Socratis calvum, esse factum ericium e pilis albis cum proboscide'.

---

6—21 Eun.—exigitur.

---

**31** nam aut (eut *L ante corr.*) *codd. h. l.*: sed ut *codd. 4* || 1—2 *cf. 451. 2* || **1** nautitiae quisones *L* || **2** viam] ulvam *Bue.* qua *codd. h. l.* (*corr.* $P^1$): quum *Scal. catal. p. 242* || lora *codd. h. l.*: loco *codd. 451*: *corr. Iun.* || 2—5 *cf. 105. 9* || **4** ins. quis (*corr.* $F^2 G^2 H^3$) *codd. h. l.* || exhibebis (exib. *L*) *codd. utrobique*: *corr. Roth.* || **7** patrem *corr.* patriam $C^A$: patrem (-rum) $D^A$ || **9** aliqua *L*: aliquem qui *Quich.*: alis (*vel* alii) qui *Mu.*: alioqui *Ries.*: haud aliqua *Popma* || **10** haud p. *Passerat.*: perducit *Mu.* || **14** accede *Laurenberg.*: accepto *Vahlen.* || **16** (inv.)—**17** *cf. 49. 7* (*s. v.* proboscis) || **16** se *om. codd. h. l.* (*praec.* se) || **17** socrates galbam *codd. h. l.* || calva *Mu., On.* || epulis $C^A D^A$.

ELVCIFICARE, dictum a luce. Laberius (77):

sic égo fulgentis spléndorem pecúniae
volo élucificare éxitum aetatís meae.

EXIGOR pro a me exigitur. Caecilius Aeschino (92):

ego íllud minus nihilo éxigor portórium.

EDVLCARE pro dulcius facere. Mattius (10):

quaprópter edulcáre convenít vitam
curásque acerbas sénsibus gubérnasse.

EQVITEM pro equo. Vergilius Georgicorum lib. III (116):

atque equitem docuere sub armis
insultare solo et gressus glomerare superbos.

Ennius Annali lib. VII (249):

an non quadrupedes equites.

Equitare quoque Lucilius ecum dicit, cum sit hominis ecum insidentis (inc. 69):

quîs hunc || currere ecum nos atque equitare videmus,
his equitat curritque oculis.

EXEQVIANTVR, ab exequiis, ut convivantur et epulantur. Varro Bimarco (47):

ipsúm propter vix líberti semiátrati exequiántur.

---

6—21 Eunuchare — exigitur; 23 — 26 Edulc. — equo; 3 — 4 Exeq. — epulantur.

---

19 ego *Gell. X, 17*: ito || fulgenti *L* $C^A$ $D^A$: -ti (-tis) *codd. Gell.* || splendore: splendore in *codd. Gell.*: *corr. ed. Gell. Tornacs.* || *fort.* fulgenti splendorei || 20 aetati *codd. Gell.* || 21 Caec. Hypobolimaeo Aesch. *Gell. XV, 14* || 25 curasque *Gell. XV, 25*: plurasque || sensibus *codd. Gell.*: senibus || gubernare *codd. Gell.* || 26—28 *cf. 295. 21*; *330. 18*; *391. 10* || 26 *fort.* equom || 30 ac n. *Roth.*: at n. *Bentin.*: *secl. Mu.* (*cf. Gell. XVIII, 5. 6*: 'quadrupes ecus' ac non 'quadrupes eques'): *fort. dittographia ex* Ann̄ (*i. e.* Annali) *orta* || quadrupes eques *Gell.* || 31 equum (equm) d. $B^A$: cum d. *L* || 32 ecum *Roth.*: secum (*praec.* s) || 1 nos atque videmus *Gell. XVIII, 5*: non aquae videbat || 5 ípsum pr. víx sex (VI) libertí *On.*

EXEDRA. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (4): 'sunt in ipsis locis indicia summorum virorum, tamen ego illa moveor exhedra'. — et de Oratore lib. III (17): 'tunc dedita opera quiescentibus aliis in eam [iam] exhedram venisse, in qua Crassus posito lectulo recubuisset'.

ERGO positum pro ea causa. Vergilius Aeneidos lib. VI (670):

illius ergo
venimus et magnos Erebi trasnavimus amnis.

Sisenna Historiarum lib. IV (120): 'milites, ut lex Calpurnia concesserat, virtutis ergo civitate donari'.

ENIXIM pro enixe. Sisenna Historiarum lib. IV (110): 'ego illos malos et audaces semper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia fecisse ac dixisse sentio'.

EXINANITA. Sisenna Historiarum lib. IV (66): 'denique exinanitis castris Romani, qui clauso se loco potuerant expedire'.

EXANCLARE est perpeti vel superare. Cicero Academicorum lib. IV (II, 108): 'credoque Clitomacho ita scribenti, ut Herculi quendam laborem exanclatum'. — et Tusculanarum lib. I (118): 'quod, cum exanclavisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum'.

EVGIVM, media pars inter naturalia muliebria. Lucilius in Epodis (XXVIII, 22):

Hymnis, sine eugio ac destina.

---

6—13 Ex.—amnes; 16 En. p. en.; 19—21 Exin.—sup.; 26 Eug.—muliebria.

---

6 de officio et de fin.: *corr. Me.* (*de Deor. Nat. I, 15 laudat Mu.*) || 10 iam *om. codd. Cic.* || venisset *CA DA* || 11 ea *del. Chifflet.* || 13 trasnavibus *L* || 17 renixim *L*[1] (*praec.* r) || 19 Exinanitas (*seq.* s) || 23 ut *om. codd. Cic.*: velut *Mu.* || 25 om.—inc. *om. L*[1].

Laberius in Centonario (25):

quáre tam arduum áscendas? an cóncupivisti eúgium scíndere? ||

EXOTICVM, adventicium: a graeco. Plautus Mostellaria (42):

non ómnes possunt ólere ungenta exótica.

EBRIVLARE, ebrium facere, et EBRIACVS, ebrius. Laberius in † there (52):

ébriulati méntem hilaria arrípuit.

idem in Aulularia (10):

homo ébriacus sómno sanarí solet.

EXFVNDARE, a fundo evertere. Coelius Antipater lib. VII (46): 'res publica amisso, exfundato pulcherrimo oppido'.

EXTERNAVIT, ut consternavit, id est dementem fecit. Catullus (LXIV, 71):

a misera! adsiduis quam luctibus externavit
spinosas Erycina serens in pectore curas.

EXCISSATVM, laniatum, vulneratum. Plautus Cistellaria (383):

capíllo scisso atque éxcissatis aúribus.

---

1—3 Exot.—ebrius; 8 Exf.—evertere; 10 Exter.—fecit; 13 Exc.—vulneratum.

---

29 (centenario *G*) || 30—31 q. t. a. | ascéndas? scíndere an concúpiisti eú. *Ribb.*: *fort.* ásc. an cóncupisti (*ita codd.*) eúgiŭm scindere . . .: ásc. an cóncupivisti eúg. mi scínd. *On.* || 3 Ebruilare $F^3$ ($F^2$?): Ebrulare *rell.* || 4 Cithera *Iun.*: Hetaera *Carrio ex 'libris sanctioribus'* || 5 ebruilati || hilariam: (*corr.* $F^2$) || 8 Exfundere $B^A$ *ut vid.* || a funde uetere $L^1$ || 9 res pub. (*sic*) *L*: res pubus $B^A$: flore pubis *On.* || 10 Exterminavit $L\,C^A\,D^A$ || conternavit $L\,C^A\,D^A$ || 12 ferens.

EDVSAM et POTINAM deas praesides vult haberi puerorum Varro Cato vel de liberis educandis (10): 'cum primo cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusae, a potione Potinae nutrici'.

ESCVLENTVM et ESCARIVM, ab escis et ab edendo dictum. Varro Cato vel de liberis educandis (18): 'fortuna se illos, non natura praestare, siquid his datum sit esculentum'. — Plautus Menaechmis (94):

ea énim fere lenta víncla sunt escária.

EPHIPPIVM, tegumen equi ad mollem vecturam paratum. Varro Cato vel de liberis educandis (19): 'mihi puero modica una fuit tunica et toga, sine fasceis calciamenta, ecus sine ephippio, balneum non cotidianum, alveus rarus. ||

## INCIPIT PER F LITTERAM.

FAMVLANTVR pro serviunt. M. Tullius de Republica lib. III (37): 'est enim genus iniustae servitutis, cum hi sunt alterius qui sui possunt esse; cum autem hi famulantur'. — et de Officiis [lib. III] (117): 'quam miser virtutis famulatus [et] servientis voluptati!'

FIRMITVDO pro firmitas. Plautus Asinaria (320):

sí istam firmitúdinem animi óptines, salví sumus.

---

15 Edu.—puer.; 19—20 Escu.—dictum; 23 Eph.—paratum; 1—2 INC.—serv.; 6 Firm. p. firmitas.

---

16—18 *cf. 480. 4* (*s. v.* sacrificari) || 16—17 cum pro cibo (-uo) *codd. h. l.*: cum primoribus *codd. 480* || 17 sacrificantur *codd. h. l.* || 18 a potina *codd. h. l.* || potinae $F^3$: pontinae *L* $B^A$ || nutricis (*i. e.* -ces) *Ries.* || 19 escarum *L* || sed ab $C^A$ $D^A$ || 20—21 fortunas se *L* || 21 ìs (?) *Mu.* || 22 (lent.—esc.) *cf. 338. 14* || scaria *codd. utrobique* || 25 falceis *L* || calciamenti: *corr. Bongars.* || 1 INC. *om.* $D^A$ || 3. 4 ii *C. F. Mueller* || 4—5 famulanter *L* || 5 lib. III *om.* $L^1$ $F^3$ || 5—6 quam hi servitutis || 6 et *om. codd. Cic.* || voluntati.

109 M.

M. Tullius de Republica lib. I (69): 'habet aequabilitatem quandam, qua carere diutius vix possunt liberi; deinde firmitudinem'.

FORTVNARE est prosperare et omnibus bonis augere.

Plautus Trinummo (576):

di fórtunabunt vóstra consilia.

M. Tullius ad Curionem (ad Fam. II, 2): 'tibi patrimonium di fortunent!' — Afranius Emancipato (83):

deós ego omnis, út fortunassínt, precor.

FALLAM pro fallaciam. Novius Decuma (12):

ís me non vocábit. ob eam rem hánc feci fallam . .

FICITATEM dictum ut olivitatem, id est fructus fici.

Novius Ficitore (27):

ómnes capiunt fícitatem; mérs est sine moléstia.

FIMBRIAE sunt omnis extremitas. *Naevius Lycurgo* * * *

*FLORA.* Naevius Lycurgo (45):

ut vídeam Vulcani ópera haec flammis fíeri flora . . .

FAMVLITAS est servitus. Accius Andromeda (118):

nam póstquam parvos vós oppressit fámilitas.

Pacuvius Atalanta (53):

quás familitas, vís, egestas, fáma, formidó, pudor.

---

10 Fort.—aug.; 16—18 Fall.—fici; 21 Fimbr.—extr.

---

8 habent || 9 qu. magnam *cod. Cic.* || quae: (*corr.* $F^2$) || 10 ominibus *Mu.* || 12 de (dei $H^2$) || 14 diffortunent || 16. 17 Falam *Both.* || 16—17 decumis me: *corr. On.* || 17 vocavit *edd.* || 20 cupiunt *Ribb.*: captant *Mu.* || 21. 22 *lacunam sign. Me.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 44*) || 23 vulgani $L^1$ || flora fieri *Ribb.* || 25 parvos] per nos *Mu.*

FIDELITATEM, id est fidem. Accius Myrmidonibus (19):

nolo équidem; sed tu huic, quém scis quali in té siet
fidélitate, ob fídam naturám || viri
ignósce.

Afranius Vopisco (398):

id est intus áctum; periit ópera nimirúm meae
éx animo fidélitatis.

FALSVM HABVIT pro fefellit. Sallustius in Iugurta (10, 1): 'neque ea res me falsum habuit'.

FAMVL, famulus. Ennius lib. IX (336):

mortalem summum Fortuna repente
reddidit, † summo regno famul ut oltimus esset.

FLACCET, languet, deficit. Lucilius lib. VII (1):

hic est Macedo, si † agrion longiu' flaccet.

Accius Achille (3):

an scéptra iam flaccént? ferat.

Afranius Divortio (65):

dispérii! perturbáta sum! iam fláccet fortitúdo.

Ennius Thyeste (301):

sín flaccebunt cóndiciones, répudiato et réddito.

FVLGORIVIT, fulgorem fecit vel fulmine afflavit. Naevius Danae (12):

suo sónitu claro fúlgorivit Iúpiter.

---

28—2 Fid.—ign.; 6—8 Fals.—famulus; 11 Flacc.—def.; 19 Fulg.—afflavit.

---

29 hic $L^1$ || 4 mimirum *L* || 4—5 meaeaaio $B^A$: meaeaccio $L^1$ (cc *pro* a): *corr. Hermann.* || 9 summa *L* || repennte $L^1$ || 10 optimus: *corr. N. Faber* (ult.) || reddiderit s. ut r. f. *vel* reddidit ut s. (e) r. f. *edd.* || 12 achrion (ἀχρεῖον) *Lachm.*: Gentio' *Mu.*: eugion *Quich.* || 14 fera *Quich.* || 16 prot. *Mu.* || sunt: *corr. Gulielm.* || 18 sin *Gulielm.*: in || reicito *Mu.* || 20 Dan. *Iun.*: sane a.

Lucilius lib. XXVI (74):

lúcorum exauctórem Albanum et fúlguritarum árborum.

FRIGET, frigidum est. Vergilius lib. VI (219):

corpusque lavant frigentis et ungunt.

Terentius Phorm. (994):

abi, tánge. si non tótus friget, me énica.

FAVITOREM. Lucilius lib. XXIX (17):

favitórem tibi me, amícum, amatorém putes.

FOLLICVLVM Lucilius posuit pro corpore lib. XXVI (28):

égo siqui sum et quó folliculo núnc sum indutus, nón queo.

FLIGI, adfligi. Livius Aegistho (12):

ipsús se in terram saúcius fligít cadens.

Accius Epinausimache (317):

nec pérdolescit flígi socios, mórte campos cóntegi?

idem Aegistho (22):

heu!
cuiátis stirpem fúnditus fligí studet! ||

FRAGESCERE, frangi. Accius Aegistho (25):

néque fera hominum péctora
fragéscunt, donec vím persensere ímperî.

idem Eurysace (337):

númquam erit tam inmánis, cum meá opera extinctúm sciat,
quín fragiscat.

---

24 Frig. fr. est; 28—33 Fav.—cadens; 1 Frag. frangi.

---

23 luporum: *corr. Lachm.* || exactorem *Lips.* || malvanum (*praec.* m): *corr. Mu.* (*vel* Albanum) || fulguritarum $F^3$: fulguritatem *L* $B^A$: fulguritorem *Mu.* || 26—27 formavit angens si || 30 VI $L^1$ || 32 pro affligi $C^A$ $D^A$ || lucilius $D^A$ || 33 ipsus se *Both.* (*ex more dramaticorum*): ipse se || 1 Fragiscere *ex* Fligistcere *L* || flangi $L^1$ || 3 persenserim (-rint $H^2$) imp.: *corr. Hermann.*: imp. persenserint *Both.* || 5 cum non m. *Both.* || sciet *Me. in mg. ed. Iun.* || 6 quin *Me.*: qui $B^A$: qui qui *L.*

FVAM, sim vel fiam. Pacuvius Duloreste (116):

respónsa explanat; mándat ne matrí fuat
cognóscendi umquam aut cóntuendi cópia.

Titinius Fullonia (32):

perii hércle vero! Tíberi, nunc tecum óbsecro,
ut míhi subvenias, né ego maialís fuam.

Livius Hermiona (23):

óbsecro te, Anciále, matri néquid tuae advorsús fuas.

Afranius Promo (279):

cave ne péndeas,
sí fuas in quaéstione.

Ennius Hectoris Lytris (142):

át ego, omnipotens
téd exposco, ut hóc consilium Achívis auxilió fuat.

FACVL pro faciliter; huic contrarium est difficul. Lucilius lib. VI (2):

peccare inpune rati sunt
posse et nobilitate facul propellere iniquos.

Pacuvius Teucro (322):

nos íllum interea praéficiendo própitiaturós facul
remúr.

Afranius Auctione (7):

"haut fácul", ut ait Pacúvius, femina *úna* invenietúr bona.

Accius Meleagro (460):

érat istuc viríle ferre advórsam fortunám facul.

---

7 Fuam — fiam; 21 Fac. — difficul.

---

8 ne *Iun.*: me || 12 ne e. $F^3 B^A$: ut e. *L* || fuam $B^A$: quam *L* || 14 obsecra te *L*: obsecrato *vel* obsecra tu *Mu.* || fuat *Mu.* || 19 a ego *L* || omn. Iuppiter *Ribb.* || 20 te || auxilii f.: *corr. Voss.*: auxilî | fuat *Ribb.* || 21 huic] ut hic $L^1$ || 24 nolitate *L* || 29 una *add. Lachm. comm. in Lucr. III, 400* || 31 vir. ist.: *corr. Voss.*

Varro Bimarco (46):

quod utrúm sit magnum an párvum, facile an dífficul.

FAMVLANTER pro suppliciter. Accius Tereo (642):

deúm Cadmogena nátum Semela adfáre et famulantér pete.

FLVCTVATIM, iactanter et solute. Afranius Pompa (236):

tené tu! in medio némo est. magnificé volo
fluctuátim ire ad illum. accípite hoc! tege tu et sústine!

FORTVNATIM, prospere. Ennius Annali lib. || I (106):

quod mihi reique, fidei, regno vobisque, Quiritis,
se fortunatim, feliciter ac bene vortat!

FRVSTATIM et FRVSTILATIM, per frusta, ut minutatim.

Pomponius Verre Aegroto (177):

. . verum illí valent qui luctántur cum leónibus.
éï te obiectés frustatim pásserinum prándium?

*idem* Satura (166):

non frústilatim néc minutatím dari.

FASTIDILITER, fastidiose. Varro Cras Credo, Hodie Nihil (78):

---

34 Fam. p. suppl.; 36 Fluct.—sol.; 39 Fort. prospere; 3 Frustatim—min.; 9 Fast. fastidiose.

---

**33** an parvum $F^3$ $B^A$: *om.* *L* || facul an *Ald.* || **34** Famulantur pro simpliciter $L^1$ || **34—35** *cf. 463. 24* (*s. v.* adfari) || **35** Cadmigena natum *Voss.*: catmo venatum *codd. h. l.*: cadmo generatum *codd. 463* || **36** Flutatim *On.* || **37** *fort.* tene, téne tu || **38** fluctuatim ($HG^2E$) *an* flutuatim ($PG^1$) *incert.* $B^A$: fluctuat *L*: fluctatim *vel* fluctuatim (*disyll.*) *Ribb.*: flutatim *On.* || accipito *Mu.* || **1** quod *Vahlen.*: ea || reliquae: *corr. Roth.* || **3** Firustatim $L^1$ $C^A$ $D^A$: Frustulatim *On.* || et frustulatim $C^A$ $D^A$ || **5** (vadent $F^1$): valeant *Mu.* || vé. il. validé valent *On.* || q. luctant *Both.*: q. vi luctantur *Ribb.*: *fort.* quiqui l. || cum *del.* *On.* || **6** et te: (*corr.* $F^2$ *ut vid.*): eis tete *Ribb.* || frustratim *L*: frustulatim *On.* || **7** idem (*praec.* ium) *add.* *Mu.* || saturarum: *corr.* *Ribb.* || **8** minutim: (*corr.* $L^3$) || **9—11** (hab.) *cf. 139. 29* (*s. v.* mutatiliter).

quíbus instabilis ánimus ardens mútatiliter hávet habere et nón habere fástidiliter ínconstanti péctore.

FVGERE dictum est deterius fieri. M. Tullius de Officiis lib. III (91): 'siqui vinum fugiens vendat sciens'.

FATIGARE positum pro fatigari. Vergilius lib. VIII (94):

olli remigio noctemque diemque fatigant.

FRAVSVS pro fraudatus; id est, ad fraudis fructum non venerit. Plautus Asinaria (286):

nón placet. metuo ín commune néquam fraudem fraúsu' sit.

FAXS pro face. Varro Gerontodidascalo (191): 'confluit mulierum tota Roma: quae noctu fieri initia solita etiamnunc spinea faxs indicat'. — idem Sexagesi (486 = Enn. Alexandr. 48):

'adest fax ínvoluta incéndio.'

idem de Vita Populi Romani lib. II: 'cum a nova nupta ignis in face adferretur *e* foco eius sumtus, cum fax ex spinu alba esset et eam puer ingenuus anteferret'.

FLAVISAS. eas dici Varro aestimat, quos Graeci thensauros vocant, in epistula quam ad Servium Sulpicium dedit (= Gell. II, x, 3): 'Quintum Valerium Soranum solitum dicere, quos thensauros graeco nomine appellaremus,

---

12 Fug.—fieri; 14 Fat.—fat.; 16—17 Fraus.—venerit; 19 Faxs p. face; 26—4 Flav.—formidabile.

---

**10** animus] ennius *L* || mutabiliter *codd. h. l.* || et *secl. Mu.* || **11** *post* fast. *add.* habet habere fastidiliter || **13** qui *codd. Cic.* || **16—17** id—ven. *secl. Mu., Goetz.*: *fort. post v. 18 collocand.* || **17** non] ne *Mu.* || **19** p. faces *Quich.*: *fort.* p. facula (*cf. Arch. Lat. Lex. IX, 377*) || **20** *lacunam post* Roma *sign. Mu.* || initio *Riccobon.* || **21** pinea: *corr. Scal.* || **21—22** *cf. 328. 27* (*s. v.* involutum) || **24** face *edd.*: facie || e *add. Scal.* || cum $B^A$: *om. L* || **25** ex pinu a. $B^A$: ex finu abbae (*seq.* e) $L^1$ || et—anteferret *Mu.*: ut adferret (aff.) || **26** eas *del. Quich.* || **27** ad Servium Sulp. *Me.* (*ex Gell. II, 10*): advervus marcum sulp. $L^1$: ad servos marcum sulp. $C^A$ $D^A$: adversus marcum sulp. $B^A$. || **28** Soranum *Gell.*: coram (quoram $D^A$) nunc || **29** diceret: (*corr.* $H^3$) || appelleremus $D^A$.

113 M.

priscos Latinos flavissas dixisse, ‖ quod in eos non rude aes argentumque, set flata signataque pecunia conderetur'.

FORMIDVLOSVM, et quod ipsum formidet et quod sit formidabile. Sallustius in Catilina (7. 5): 'non armatus hostis formidulosus'.

FRVNISCI pro frui. Lucilius lib. XVIII (3):

aeque fruniscor ego ac tu.

Coelius lib. I (Claud. Quadrig. 23): 'domus suas quemque ire iubet et sua omnia frunisci'. — Novius Parco (77):

quód magno opere quaésiverunt, íd frunisci nón queunt.

FELLARE, exsugere, lambere. Varro Manio (261): 'tam eum ad quem veniunt et hospitium lac humanum fellasse'.

FALLACILOQVENTIAE. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. IV (68): 'quae diligentissime contra Aristonem dicuntur a Chrysippo. ex ea difficultate illae fallaciloquentiae'.

FABELLAE. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. V (42): 'libenterque se cum his congregant dantque se ad ludendum fabellarumque auditione ducuntur'.

FERA VITE positum pro agresti. Sisenna Historiarum lib. IV (60): 'et partim fera vite, partim lauro et arbuto ac multa pinu ac myrtetis abundant'.

---

26—4 Flav.—formidabile; 6 Frun. p. fr.; 13—19 Fall.—agr.

---

1 latine *L* $B^A$ ‖ rue $C^A$ $D^A$ ‖ 2 set $B^A$: esset (*praec.* e) *L* $C^A$ $D^A$ ‖ signa atque *L* $C^A$ $D^A$ ‖ 3 F. eo quod *L* ‖ formidet *om.*: (*add.* $F^2$) ‖ 4 catilinario $F^3$: catilina *rell.* (*cum codd. Gell. IX, 12*) ‖ 7 eso *L* ‖ 8 Q. Claudius *Gell. XVII, 2* ‖ I *Gell.*: II ‖ 8—9 quemque *codd. Gell.*: quoque: quosque *Quich.* ‖ 9 et suam $L^1$ ‖ pareo: *corr. edd. ex Gell.* ‖ 11 Fell. exsug. *edd.*: Fallere exsurgere: Fell. sugere *Mu.* ‖ lambere *Me.*: iam vere ‖ varro $F^3$: *om.* *L* $B^A$ ‖ 12 venerint (*vel* veniant) in (*Iun.*) hosp. *Mu.* ‖ 16—18 *cf. 191. 4*; *282. 34* ‖ 18 audatione $L^1$ ‖ 20 et paratim $B^A$: et paratim et paratim *L*: (*corr.* $H^2$) ‖ tera $L^1$ ‖ 20—21 arbusto: (*corr.* $H^2$) ‖ 21 muta *L*.

FORAMEN. Sisenna Historiarum lib. IV (86): 'neque porta neque ullum foramen erat, qua posset eruptio fieri'.

FLEXANIMA. Cicero de Oratore lib. II (187): 'tantam vim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est «flexanima atque omnium regina rerum oratio»'. — Pacuvius Hermiona (177):

ó flexanima atque ómnium regína rerum orátio! ||

FRONS pro frondis. Vergilius Georgicorum lib. II (372):

[praecipue cum] frons tenera inprudensque laborum.

Varro de Re Rustica lib. I (24, 3): 'quod Cato ait, circum fundum ulmos et populos, unde frons ovibus et bubus sit'.

FALAE turres sunt ligneae. Ennius lib. XV (420):

malos diffindunt; fiunt tabulata falaeque.

haec sunt et in Circo, quae aput veteres propter spectatores e lignis erigebantur.

FORIA, stercora liquidiora. Pomponius Macco (64):

cónforisti mé, Diomedes!

Laberius in Panilicis (66):

fóriolus
ésse videre; in cóleos cacas.

Foriolus, qui foria facile emittat, soluti scilicet ventris.

---

22—26 For.—oratio; 1 Fr. p. fr.; 5 Fal.—lign.; 9 For.—liq.

---

23 quas $L^1$ || 27 o *Bentin.*: hoc || reginarum or. *L* || 1. 2. 4 Fros *Mu.* || 1 p. fronde: *corr. Quich.*: p. frondes *Stowasser.* (*Arch. Lat. Lex. I, 442*) || 1—2 *cf. 486. 7 fort. secludend.* (*cf. 'Non. Marc.' p. 45*) || 1 lib. II *om. L* || 2 praecipue cum *add.* $F^3$: *om. rell.* || 8 elegebantur $L^1$ || 9 Feria $L^1$ || 10 conforiasti *Salmas.* || 11 Pariliis (?) *Mu.*: Pariliciis *Ribb.* || 13 videres *L*: videris $B^A$ *ut vid.* ($G^2P$): *corr. Ribb.* || *fort.* videris esse || coles *Bue.* || 14 lutis licet *L*: solutis scilicet $F^3$.

114. 115 M.

FLOCES, faex vini. Caecilius (190):

at pól ego neque florém neque floces vólo mihi: vinúm volo.

FEBRVARE positum pro purgare et purefacere. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'in eorum enim sacris, liba cum sunt facta, incernere solent farris semine; ac dicere se ea februare, id est pura facere'.

## INCIPIT PER G LITTERAM.

GRVNNIRE dicuntur porci, quod eorum proprium vocis est. Varro Aboriginibus, περὶ ἀνθρώπων φύσεως (2):

grúndít tepidó lácte satúr molá mactátús
pórcús.

Cicero Tusculanarum lib. V (116): 'aut grunditum, cum iugulatur, suis'. — Laberius in Sedigito (82):

grúndientem aspéxi scrofam.

Grundules Lares dicuntur Romae constituti ob honorem porcae quae triginta pepererat. ||

GRANDIRE est grandem facere. Varro Rerum Divinarum lib. II: 'cum aut humus semina recipere non possit aut recepta non reddat aut edita grandire nequeat'. — Plautus Aulularia (49):

testúdineum istum tíbi ego grandibó gradum.

Lucretius lib. II (1160):

quae nunc vix nostro grandescunt aucta labore.

---

15 Floc. f. vini; 17 Febr.—puref.; 21—23 PER—vocis est; 29—1 Grund.—facere.

---

15 flex *L* || 16 nòque $L^1$: neoque (*pro* nòque) $B^A$ || 19 incernere *Quich.*: incerni || semina *Riccobon.* || 20 dicunt *Mu.* || 21 INC. *om.* $C^A D^A$ || 24 lepido: *corr. Iun.* || 27—28 *cf.* 465. 1 || 29 Varro, grund. (?) *Mu.* || grundulsis: (-lis $H^3$) || 30 peperat: (*corr.* $L^2$ *P E Paris.* $7665^2$ *Oxon.*) || 1 grandef. *Mu.* || 2 I $B^A$ || humus aut *Mu.* || seminari incipere: *corr. Popma.* || 3 reddita (?) *Mu.* || nequeaut $L^1$ || 5 III || 6 -esc- $F^3$: -es- $L B^A$ || acuta.

idem lib. I (191):

quidque sua de materie grandescere alique.

Accius Meleagro (440):

frugis próhibet pergrandéscere.

Pacuvius Duloreste (142):

néc grandiri frúgum fetum pósse nec mitíscere.

GRANDITATEM. Sisenna Historiarum lib. IV (115): 'neque aetatis granditatem neque ea merita neque ordinis honestatem aut dignitatem sibi esse excusationi'.

GRAVIDINOSI. Cicero Tusculanarum lib. IV (27): 'itaque dicimus gravidinosos quosdam, torminosos.

GLARATORES sunt colobathrarii: g r a l a e enim sunt fustes, quî mittuntur. Varro Mutuum Muli Scabunt, [graece] *περὶ ψωρισμοῦ* (323): 'ut g l a r a t o r e s quî gradiuntur perticae sunt ligneae † fynareinol † et ab homine eo, qui in îs stat, agitantur; sic illi animi nostri sunt; gralae crura ac pedes nostri, ex se *ἀκείνητοι*: sed ab animo moventur'.

GRANDILOQVI. Cicero in Oratore (20): 'nam et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla et sententiarum gravitate et maiestate verborum'. — et Tuscu-

---

13—19 Grand.—qui mittuntur; 24—29 Grandil.—salem.

---

8 sua de *Lucr.*: surdae || aliqua || **11—12** *cf. 343. 18 (s. v.* mitis, maturus) || **14** aera mer. *Me.* || ne ord.: (*corr. G*) || **15** aut vitae dign. *Teuffel.* (*Phil. Jahrb. 1871, p. 280*) || **16—17** *cf. 32. 13 fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 45*) || **17** quosdam, quosdam *edd.* || **18** Gladatores *L* $C^A$ $D^A$: Gladiatores $F^3$ (?) || colobathatrari: *corr. Bentin.* || gralare *L* $B^A$: glarare $C^A$ $D^A$: grallae *Bentin.* || **19** quîs innituntur *Pius* || **20** graece *om. Ald.* || -*μοῦ*, ut *Roth.*: -*μουτ* (-*μουι L*) || **21** graduntur *L* || lignae || *συνάρθμιοι Quich.*: sine *ῥυθμῷ Mu.* || **22** inistat || agitantur $F^3$: angitantur *L* $B^A$ || sicili: sic illae *Oehler.* || **23** galae $B^A$: galaea *L*: grallae *Iun.* || nostri *del. Quich.*: crura—nostri *del. On.* || ex se *ἀκ. Muret.*: ESSIARE *κεινητοι* || **26** gravitatem *L*.

lanarum lib. V (89): 'quî tandem isti grandiloqui contra haec duo, quae maxime angunt?'

GVTTATIM. Plautus Mercatore (205):

quód guttatim cóntabescit, quási in aqua indiderís salem.

Ennius Hecuba (172):

vide húnc, meae in quem || lácrumae guttatím cadunt.

GRACILITVDO [et GRACILENS pro gracilis et GRACILENTVM pro gracili et GRACILIVM] pro gracilitas. Accius Amphitryone (88):

tamen ét staturae grácilitudo própemodum et luctús facit,
ne dúbitem.

Ennius lib. VII (264):

deducunt habiles gladios filo gracilento.

Laevius Protesilaodamia (17, 1):

gracilenti' colorem;

idem (17, 2):

ex hoc gracilens fit.

Turpilius Canephoro (13):

nosti quám sit gracile córpore.

GRANDAEVITAS. Accius Alcimaeone (67):

quia néc vos nec ille inpúne inriderét meam
grandaévitatem.

---

24—29 Grandil.—salem; 2—3 Gracil.—pro gracilitas.

---

29 quo g. || (quasi—sal.) *cf. 223. 16* || in aquam *codd. Pl.* || 1 hinc m. inquam: *corr. Me.* || lacr. $F^3$ $B^A$: meae *L* || 2—3 Gracilitudo et gracilens pro gracilis et gracilentum pro gracilitas $C^A$ $D^A$: et—Grac. *secl. On.*: Gracilitudo pro gracilitas et Gracilentum et Gracilens et Gracilum pro gracile *Mu. post Quich.* || 4 staturae *Gebhard.*: statuae et || prop. *Grotius*: et prop. || 8 naevius: *corr. Osann.* || 10 idem *Voss.*: dum || 11 gracilans: *corr. Ald.* || 13 cracile *L*: gracili $B^A$: -lo *Quich.* || 14 alcimachone.

idem Bacchis (245):

quia néque mors neque vetústas neque grandaévitas.

Pacuvius Hermiona (161):

quod tamen ipsa órbitas
grandaévitasque Pélei per penúriam
stirpís subaxit.

GEMINITVDINEM. Pacuvius Atalanta (61):

hábeo ego, istam quî distinguam intér vos geminitúdinem.

GNARITAS. Sallustius Histor. lib. III (84): 'diversa, uti solet rebus perditis, capessivit; namque alii, fiducia gnaritatis locorum, occultam fugam sparsi, *pars* globis eruptionem temptavere'.

GALLVLARE, pubescere. Novius Exodio (20):

púerum mulierí praestare némo nescit, quánto melior
sít cuius vox gállulascit, cúius iam ramus róborascit.

GRATVLARI, gratias agere. Ennius Hecuba (176):

Iúppiter, tibi, súmme, tandem mále re gesta grátulor.

Naevius Belli Punici lib. III (25):

isque susum ad caelum sustulit suas res
Amulius gratulabatur divis.

Afranius Cinerario (20):

quod sálvús venís méliusque ést, grátulór dís. ||

---

23—28 Gemin.—pub.; 31 Gratul.—agere.

---

20 quo (*Both.*) tandem *Ribb.* || 21 penuria (*del.* per) *Mu.* || 22 subaxet: *corr. Both.* || 26 capessium $C^A D^A$ || 27 pars *add. Colerus*: fugam, pars sp. *Me.* || 28 Gallulascere *Quich.* || 29 nemo nescit *Both.*: nemo scit || 33 I *Mu.* || 34 irque (hirque) *Havet.* (*cf. Amer. Journ. Phil. XIV, 152*) || sustulit $F^3 B^A$: *om. L* || rex *Stephanus* || 35 ammullus: *corr. quid. ap. Bentin.* || gratulabat *Mu.* || *fort.* divis gratulabatur || 37 cum s. *codd. Prisc. I, p. 404*: quom s. *Ribb.* || meliusque *Prisc.*: melius.

117 M.

GARRIRE, quasi inepte strepere. Cicero de Oratore lib. II (21): 'nam et saeclis multis ante gymnasia inventa sunt quam in his philosophi garrire coeperunt'.

GARGARIDIARE. Varro epistula ad Fufium: 'Quintiporis Clodi Antipho fies, ac poemata eius gargaridians dices (Ter. Phorm. 841):

«ó fortuna! o fórs fortuna!»'

GALLINAS. Cicero Academicorum lib. III (II, 57): 'qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent, i, cum ovum inspexerant, quae gallina peperisset, dicere solebant'.

GABALVM crucem dici veteres volunt. Varro *'Αλλ' οὐ μενεῖς, περὶ φιλαργυρίας* (24):

nos bárbari, quod ínnocentes ín gabalum suffígimus
hominés, vos nonne bárbari, qui nóxio subéstis?

GENIALIS, hospitalis. Santra de Antiquitate Verborum lib. III: 'scis enim geniales homines ab antiquis appellatos qui ad invitandum et largius adparandum cibum promtiores essent'.

GANGRAENA est cancer. Lucilius Satyrarum lib. I (16):

serpere uti gangraena mala atque herpestica posset.

Varro *περὶ ἐξαγωγῆς* (408): 'non vituperamus, cum sciamus digitum praecidi oportere, si ob eam rem gangraena non sit ad bracchium ventura'. — idem de Vita Populi Romani lib. IV: 'quo facilius animadvertatur per

---

1 Garr.—strep.; 4—10 Garg.—volunt; 14—17 Gen.—canc.

---

4 Gargadiare *L* $C^A$ $D^A$ || 5 Antipho (*Bue.*) fies ac *Ries.*: ant foriae ac: A. eris ac *Mu.*: *fort.* Antiphoni haec || -idiens $C^A$ $D^A$ || 6 *cf.* *425. 20* (*s. v.* fors et fortuna) || 8 i *Cic.*: libro II (*pro* hii) *L* $C^A$ $D^A$: idem libro II $B^A$ || 9 quae id g. *codd. Cic.* || 13 nonne *scripsi*: non || qui *Roth.*: quid: quod *Bentin.* || noxios obvestis: *correxi*: noxios absolvitis *Bentin.*: n. obicitis bestiis *Bue.* || 14 ospicialis *L* || 16 quid ad $L^1$ || 17 carcer $C^A$ $D^A$ || lucretius || 18 malo: *corr. Dousa*: malum *Mu.* || ad quem *L* (*pro* adque?) || 20 digitum *Lips.*: dictum || 20—21 cagrena $L^1$ || 21 bacchium || id est $L^1$ || 22 IIII $F^3$: III *L* $B^A$.

omnes articulos populi hanc mali gangraenam sanguinulentam permeasse'.

GENIVM, parsimoniam. Terentius in Phormione (44):

suúm defraudans génium conpersít miser.

Lucilius lib. XXVI (75):

cúret aegrotúm, sumtum homini praébeat, geniúm suum
défrudet, alî párcat.

GVMIAE, gulosi. Lucilius lib. XXX (44):

illo quid || fiat, Lamia et Pytho oxyodontes
quod veniunt, gumiae † illi, evetulae, inprobae, ineptae?

GLVMAM Varro folliculum grani frumentarii dici putat, de Re Rustica lib. I (48, 1): 'granum dictum, quod est intimum soldum; gluma, qui est folliculus eius; arista, quae, ut acus tenuis, longe eminet'.

GERDIVS. Lucilius lib. XXX (46):

curare, domi sint
gerdius, ancillae, pueri, zonariu', textor.

GRAVIDAVIT, implevit. Caecilius Titthe (223):

per mystéria hic
inhonéste, gravidavít probro.

GERMANITVS, fideliter: dictum a germanitate. Pomponius Praefecto Morum (145):

---

24—25 Gen.—miser; 29 Gem. gul.; 3—17 Glum.—forte.

---

23 permeasse *ed. a. 1471*: perimasse || 24—25 *cf. 31. 10; 525. 5* || 25 defraudans *L $C^A$ $D^A$ ut vid.*: defrudans *$B^A$* (*cum Montepess., Oxon.*) || conspersit *codd. h. l.* || 28 fraudet, alii *Mu.* || 29. 2 Gemiae (*pro* Gymiae? e *pro* y, *ut saepe in archetypo*) || 1 lamiae *$F^3$* || pitto ixiodontes: *corr. Scal.* || 2 g. illi evetulae *$F^3$*: g. illiae vetulae *L $B^A$*: *fort.* g. mille evetulae *vel* illi g. v. || 5 longe *L $B^A$*: loco *$C^A$ $D^A$* || 7 curate *Passerat.* || 8 tector: *corr. Iun.* || 9 Gradauit *L* || 10—11 pér m. híc inh. incéste gr. *Mu.* (inh. honéstam gr. *Ribb.*) || 11 probo *$B^A$* || 12 Germanus *$L^1$*.

ut, síquis est
amícus amici, gaúdet sicui quíd boni
evénit, cuii amícus est germánitus.

GENEROSVM, nobile vel forte. M. Tullius de Officiis lib. III (86): 'cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potenti'.

GRATIOSVM, multae gratiae. M. Tullius de Officiis lib. III (58): 'qui esset, ut argentarius, aput omnes ordines gratiosus'.

GRATIFICARI, gratum facere. M. Tullius in Hortensio (61): 'quare adgredere, quaeso, et gratificare reipublicae'.

GERRAE, nugae, ineptiae; et sunt gerrae fascini, qui sic in Naxo, insula Veneris, ab incolis appellantur.

Plautus Asinaria (600):

gérrae!
qui sése parere ádparent huius légibus profécto.

idem (Persa 89):

hic aderit, crédo, congerró meus.

c o n g e r r o meus, ut conlusor meus, qui easdem exerceat nugas. Caecilius Portitore (191):

cur 'dépopulator'? gérrae! ||

---

3—17 Glum.—forte; 19 Grat. m. grat.; 21 Grat. regr. facere.

---

15 am. am. *tuetur Leo* (*Plaut. Forsch. p. 235*): amici (-co *Iun.*) amicus *Ribb.*: amicus animo *Bue.* || sicut: (*corr.* $F^2$) || qui b. $L B^A$ || 16 cuius *ed. a. 1471* || 17—18 *fort. post 20 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 46*) || 20 quid $L^1$ || 21 Gratificare: *corr. Ald.* || regratum (*praec.* re) $L C^A D^A$: (se gratum $H^2$) || 24 sic in $F^3 B^A$: sin $L$ || 26 sesperare || 28 hic *om.* $L^1$ || 28. 29 congerio meus (*add. in mg.*) congerro meus ut *ut vid.* $F^3$: congeriomnia eius ut $L^1$: congerio meus congerrae ut $B^A$ *ut vid.* (congerrae congerio meus ut $H^2$): *corr. Me.*: congerro meus ut *Bentin.* || 31 fur *Rost.* || depopulato $L$.

GALLARE, ut est bacchare. Varro Eumenidibus (150): 'cum illoc venio, video gallorum frequentiam in templo, qui, dum e scena coronam adlatam inponeret aedilis † signosiae † et deam gallantes vario retinebant studio'. — eodem (119):

nam quaé venustas híc adest gallántibus?

GANEONES a ganeis dicti, ut popinones. et sunt loca vinulentiae ac libidini apta. Varro Modio (315): 'et hoc interést inter Epicurum et ganeones nostros, quibus modulus est vitae culina'. — M. Tullius in Catilinam (II, 7): 'quis ganeo, quis adulter, quae mulier infamis, quis corruptor iuventutis?'

GLVBERE. Varro de Re Rustica (I, 55, 1): 'duritia est enim ea †, quod non solum stringit bacam, sed etiam ramos glubit ac relinquit ad gelicidium'.

GRAMIAE, pituitae oculorum. Caecilius (286):

grammónsis oculis ípsa, atratis déntibus.

GIGERIA, intestina gallinarum † conhisetita cocta. Lucilius lib. VIII (9):

gizerini sunt
sive adeo hepatia.

---

1 Gall.—bacch.; 6—7 Gan.—apta; 11—14 Glub.—ocul.; 16 Gig.—gallinarum.

---

1 id est *Mu.* || 2 illos: *corr. Ribb.* || vento: *corr. Salmas.*: ventum *Quich.* || 3 e sc. cor. *Scal.*: essena hora nam: messem hornam *Lachm.* || imponunt *Lachm.* || 4 *fort.* signo Gnosiae, d. || recinebant *Mu.* || idem eod. *Passerat.* || 5 *cf. 267. 10* || vetustas *codd. h. l.* || his *Salmas.* || 6 popiones: *corr. Ald.* || et] ea *Mu.* || 7 -nis $L^1$ || 7—9 *cf. 55. 15* (*s. v.* colinam) || 10 q. g. quis nepos q. a. *Cic.* || 11 dur. *om.* $C^A D^A$ || 11—12 durities enim eorum quod *cod. Varr.*: duritia est enim causa (cā) quod *Mu.* || 12 (quod)—13 (glub.) *cf. 403. 9* || 13 ramis *codd. h. l.*: ram (*sic*) *codd. 403* || reliquit || 14 Gramae *Bue.* (*Rhein. Mus. XXXV, 72*) || 15 gentibus: (*corr.* $F^1$) || 16 *fort.* Giz. || cum isiciis c. *I. Dousa*: *fort.* cum isicia (*vel* isiciata) c. || 18 gigeria (*Bentin.*) insunt *Mu.* || 19 hepetia: *corr. Iun.*

GLIS, nominativus ab eo quod sunt glires. Laberius in Aquis Caldis (5):

et iam hic me óptimus somnús premit,
ut prémitur glis.

Plautus genetivo plurali (inc. 56): 'glirium examina.'

GENIVS generis. Laberius in Imagine (54):
geniús generis nostrí parens.

## INCIPIT PER H LITTERAM.

HABENTIA, ut industria, sapientia, concordia. Claudius lib. VII (61): 'animos eorum habentia inflarat'. — ab eo quod est habere. ||

HORA, iuventutis dea. Ennius Annali lib. I (114):
. . Quirine pater, veneror, Horamque Quirini.

HALLEC, genere neutro. Plautus [in] Aulularia (fr. V):
qui mi olera cruda ponunt, allec duint.

Horatius in lib. II Sermonum (4, 73):

ego faecem primus et allec
miscui.

HALOPHANTAM, aut sycophantam, hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia miserrima mercede conducitur.

20 Glis—glires; 26—1 Genius—dea; 3 Hall. g. neutro; 8—9 Hal.—conducitur.

20 q. est *Mu.* || 22 opimus *Passerat.* || premit *secl. Mu.* || 23 ut p.] opprimitur: (*corr.* $F^2$, *silente* $F^3$): opprimit ut *Mu.* || 25 glivium *L* || 26 Genus $L^1$ || 27 parens *secl. On.* || 28 INC. *om.* $D^A$ || 29. 30. 31 Hav. *Gifan.* || 29 aut (*praec.* a) *L* || 30 animus $L^1$ || 1 iuventatis $L^1$: Iuventas *Merula* || 2 v. bene Horamque *Mu.* || quirint *L* || 3 in *om.* $B^A$ || 4 adduint *Quich.*: (danunt $L^2$) || 6 face p. nec || 6—7 primus et hallec * * * nec hallec miscui *On.* || 7 miscui *fort. secludend.* || 8 au s. $C^A$ $D^A$: ut s. *edd.*: *secl. On.* (*cf. v. 10*).

Plautus (Curc. 463):

hálophantam aut sýcophantam mágis esse dicam . . .

et alius nobilitatis obscurae (Com. pall. inc. 20):

halophántam mendacém velit.

HIPPOCAMPI, equi marini, a flexu caudarum, quae piscosae sunt: et est graecum. Menander (831 K.):

*οὐχ οὗτος ἱππόκαμπος ἦν ἐν αἰθέρι;*

Laevius Sirenocirce (21):

délphino cinctís vehiculis híppocampisque ásperis.

Lucilius transverso ordine posuit (inc. 82):

camphippi, elephantocamelos.

HARA est porcorum stabulum. Varro Prometheo Libero (435): 'in tenebris ac suili vivunt; nisi non forum hara atque homines, qui nunc, plerique sues sunt existimandi'. — Cicero in Pisonem (37): 'ex hara producte, non schola'.

HILARITVDINEM, pro hilaritate, Plautus Milite Glorioso (677):

és, bibe, animo obséquere mecum atque ónera te hilaritúdine.

HISCERE est proprie loqui. Accius Armorum Iudicio (157):

hem, véreor plus, quam fás est captivum, híscere.

---

13—17 Hipp.—asp.; 20 Hara—stab.; 24 Hil. p. hilaritate; 26 Hisc.—loqui.

---

10 h. an s. hunc magis hoc e. d. *codd. Pl.* || halapantamne *Guietus* || 15 uchutos (ucu. $L^1$) hippocampus (hippicantus $L^1$) in aeter: *corr. Scal.* (*ἦν add. Quich.*) || 16 naevius (ne.) $C^A D^A$: nae (ne) usus $L B^A$: *corr. Hermann.* || sirenocirces $C^A D^A$: sirenocicer *L*: sirenociter $B^A$: *corr. Mu.* || 17 iunctis *Scal.* || 19 hippocampi elefanto camillos: camphippelephantocamelos *I. Dousa*: 'camphippi' et 'pantherocamelos' *Mu.*: camphippi et pardocamelos *On.* || 21 viunt || 23 n. ex s. *codd. Cic.* || 24 Hilaritudine *Quich.* || 25 est bibe *codd. Pl.*: sive || 26 H. pro l. *Mu.*

120. 121 M.

HONESTITVDO pro honestas. Accius Oenomao (501):

hórrida honestitúdo Europae príncipium primo éx loco.

idem Myrmidonibus (16):

tua ‖ honéstitudo Dánaos decepít diu.

HILVM, breve quoddam. Lucilius lib. XXX (33):

quod tua *tu* laudes, culpes, non proficis hilum.

Cicero Tusculanarum lib. I (10): ‘tum illud, quod

«Sisýphu’ versat saxúm sudans
niténdo neque profícit hilum.»’

HORNVM, ipsius anni. Lucilius lib. XXVIII (23):

utrum ánno an horno téte abstuleris á viro.

Varro Eumenidibus (142): ‘cum in eo essem occupatus atque in schola «curarer», ut scribit Scantius, «hórno per Dionýsia»’.

HILARESCO. Varro Epistula Latina lib. I: ‘immo, cum amicorum domus fumat, hilarisco’.

HOSTIRE est conprimere, caedere, dictum ab hostia.

Pacuvius Teucro (345):

nisi cohérceo
protérvitatem atque hóstio feróciam.

---

28 Hon. p. hon.; 2 Hil. br. quoddam; 7 Horn. i. an.; 11—13 Hil.—hostia.

---

**29** horrénda *On.* ‖ principum *Voss., fort. recte* ‖ **1** decipit: *corr. Delrius* ‖ **3** quo *Mu.* ‖ tu *add. Mu.* ‖ lades ‖ **4—6** *cf. 353. 8* ‖ **6** intendo $L^1$ ‖ **8** tete *Mu.*: te ‖ **9—10** *cf. 355. 35* (*s. v.* occupare, detinere) ‖ **10** curaret inscribit *codd. h. l.* ‖ dionisiam *codd. h. l.* ‖ **11** immo cum *Me.*: invoccum ‖ **13** H. e. conmere $L^1$ ‖ cedere $F^3$: recedere *rell.* (*praec.* re) ‖ **14—16** *cf. 490. 17* (*s. v.* ferocia) ‖ **15** coeaceo *cod. Fest. 270*: cohercuero (coerc.) *codd. h. l.*: cicia (-tia) *codd. 490* ‖ **16** (hostiero $F^2$ *ut vid.*).


121. 122 M.

‖ Hostire, offendere, laedere. Laevius Erotopaegnion lib. II (1):

nunc quód meum admissúm nocens
hostít voluntatém tuam.

HALVCINARI, aberrare et non consistere atque dissolvi et obstupefieri atque tardari honeste veteres dixerunt, ut est (cf. Gell. VIII, 3): ‘et adsiduo oscitantem vidit atque illius quidem delicatissimas mentis et corporis alucinationes’.

HILARETVR. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. II (8): ‘verum hoc loco sumo verbis his eandem certe vim voluptatis Epicurum nosse quam ceteros. omnes enim iucundum motum, quo sensus hilaretur, graece ἡδονήν, latine voluptatem vocant’.

HEBES positum pro obscuro aut obtuso. Cicero Academicorum lib. II (fr. 6): ‘quid? lunae quae liniamenta sunt? potesne dicere? cuius et nascentis et inseniscentis ‖ alias hebetiora, alias acutiora videntur cornua’.

HINNOS vel hinnas sub quo sensu accipere debeamus, Varro designat. ait enim, ex equis et hinnulis qui nascantur, hinnos vocari (cf. R. R. II, 8, 6; L. L. IX, 28).

---

17 Host. off. cedere; 20—29 Halucinari—obtuso; 2—7 Hin.—advenerit.

---

**17** laedere *Hildebrand. ad gloss. lat. Parisin. p. 163*: cedere: *secl. On.* ‖ Laevius *Me.*: pacuvius ‖ **18** hunc quod: *corr. quid. ap. Bentin.*: numquod *Mu.* ‖ **23** aluciones $C^A$: alutiones $D^A$ ‖ **24—26** (vol.) *cf. 396. 11* ‖ **25** summo *codd. h. l.* ‖ verbis *om.* $C^A D^A$ ‖ **26** voluntatis *codd. h. l.* ‖ nosse *codd. Cic.*: non esse $C^A D^A$: non nosse $L B^A$ *fuerat in arch.* non $\overset{\text{nosse}}{\text{esse}}$ ‖ **27** notum $C^A D^A$ ‖ **28** hedoneum ‖ **29** Habes $L$ ‖ **31** sint *Iun.* ‖ cuius *Iun.*: necuius ‖ et inseniscentis $F^3 B^A$: *om.* $L$ ‖ **1** hab. $L$ ‖ **2** vel h. *del. Quich.* ‖ **3** Varro *om.* $L^1$ ‖ in nullis $L^1$ (mulis $L^2$): asinis *Guietus* (*cf. Varr. L. L. IX, 28, Varr. R. R. II, 8, 6* ex equo et asina): *fort.* asinabus.

122 M.

HILLAS intestina veteres esse dixerunt: unde Bohillae, oppidum in Italia, quod eo bos intestina vulnere trahens advenerit. Laberius (145):

lavite item hillam. cocus si lumbum adussit, flagris caeditur.

idem Catulario (21):

† "neve aliter hunc pedicabis" — "quomodo?" —
"video, ádulescenti nóstro caedis híllam . ."

HINNIBVNDAE pro hinnientes, ab eo quod est hinnio. Claudius Annalibus lib. XVI (78): 'equae hinnibundae, inter se spargentes terram calcibus'.

## INCIPIT PER I LITTERAM.

INCVRVISCERE. Cicero de Oratore lib. III (154 = trag. inc. 135): 'ut'

. . bacarum ubértate incurvíscere.

ita et in Tusculanis, lib. I (69).

INFINITATEM. Cicero Academicorum lib. IV (II, 116): 'at hoc Anaximandro, populari et sodali suo, non persuasit. is enim *infinitatem naturae dixit esse*'. — *idem Tusculanarum lib. V* (105): '*quibus* infinitatem rerum atque naturae et in hoc mundo ipso caelum, terras, maria cognoscimus'.

---

2—7 Hinnos — advenerit; 15—26 INC. — dementia.

---

5 bohilla: *corr. Quich.* || 8 labit item *F*[3] *BΔ*: labitatem *L*: *corr. Ribb.* || fragilis *L* (*pro* fraglis) || caedetur f. *Ribb.*: fragulis caeditor (?) *Mu.* || **10** Naevi, a. h. pedica, si vis *Leo anal. Plaut. II, 10* || **11** hilla *L*: illa *BΔ*: (*corr. F*): ilia *Bue.* || **12** Hinnibunde pro hinnienter: *corr. Quich.* (*idem error p. 130. 11*) || hinno || **15** INC. *om. DΔ* || **16—123. 5** *fort. post 131. 2 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' pp. 47, 91*) || **16** Incupuiscere *L*[1] || **17** ubertatem || **18** *cf. Class. Rev. XVI, 49* || **20** popularis || soldali *L* || pervasit *L* || **21. 22** *add. Roth.*